



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Manuale Exercitiorvm Spiritvalivm

Capilla, Andrés de

Coloniae, 1607

Interea dum obdormimus. Exer. 62

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53232)

vt nos à peccatorum somno excita-
ret, vitamque immortalem nobis
largiretur.

Interea dum obdormimus.

Exercit. 62. *non dormi*

Leuit. 26. *Si in preceptis meis ambulaueritis, & mandata mea custodieritis, & feceritis ea dormietis, & non eris qui ex-terreat.*

Cantic. 5. *Ego dormio & cor meum vigilat.*

1. Theff. 5. *Non sumus noctis, neque tenebrarum filij; igitur non dormiamus, sicut & ceteri: sed vigilemus & sobrij simus.*

Iob 7. *Si dormiero, dico. Quando consurgam?*

Psal. 4. *In pace in idipsum, dormiam & requiescam.*

Consideratio.

Considerabimus. terribilem illam horam quando mortem, cereum manutinentes lecto que decumbentes expectabimus. Considerabimus preterea: quam dura fuerit Christo illa nox quando in passione, milites nullum ei tota nocte requiem concesserunt.

cesserunt, nec vnquam ab inferendis ei mille contumeliarum generibus quieuerunt.

Gratiarum actio.

GRatias agemus Deo quod nobis hoc tempus ad requiem capiendam concedat: quodque dum in terris viueret sepe pro nobis in oratione integris noctibus excubauerit, & vigiliis egerit.

Confusio.

ERubescemus, considerando quam sepe fomno indulserimus, existentes in statu peccati mortalis, nec tantum periculum exhorruerimus, quia si Deus tunc Diabolo potestatem nos vti merebamur suffocandi fecisset, excitati, in inferno constituti fuissimus.

Petitio.

ROgabimus Deum, vt non permittat, animam nostram fomno peccati obdormire: sed faciat, vt incessanter contra fraudes
ini m

inimicorum suorum vigilet : ne unquam gloriantur quod prævaluerint aduersus eam.

Oblatio.

Offeremus Deo Patri , somnum illum quem pro nobis **C H R I S T V S** in cruce moriens quemque in sepulchro mortuus , ad tertium vsque diem coepit , vt per illum somnum nostrum ad honorem suæ diuinæ maiestatis suscipiat.

Quando noctu excitamur.

Exercit. 63.

Qui Deum super omnia ex animo diligunt, molestè ferunt, se diu diuinæ maiestatis memoria priuari : & quia dum homo somnum capit, hac memoria caret, solent hi, vt huic miseræ medeantur, vel somnum paucissimum capere, vel somno ita indulgere, vt sæpe excitentur, atque Angelo custodi se commendare, vt sollicitus sit ipsos monere, quo
patris